

per totam. Matiençus, & Azevedius, in l. 9. tit. 1. lib. 5. nove recopil. Chalfaneus in consuetud. Burgund. rub. 6. Des enfans, §. 5. per totum, Menchaca, de success. creat. lib. 1. §. 10. ad l. quoniam in prioribus. num. 234. & 235. latius de success. progress. lib. 1. §. 1. à num. 8. cum multis segg. Molina de Hispanorum primogeniis. lib. 1. cap. 19. à num. 18. usque ad n. 37. Mieres, de majoratu. part. 2. quest. 3. num. 14. Caldas Pereira, qui latissimè agit, in l. si curatorem habens. verbo, laxis. ex num. 121. usque ad num. 153. Joannes Gutierrez, de juramento confirmatorio. 1. part. cap. 41. à n. 10. & in repet. cap. quomodo pactum de pact. in 6. verbo, nullum ad bona paterna regressum. per totum. Joannes Garfia tract. de expensis. cap. 10. à n. 2. & num. 45. & 46. & cap. 11. num. 11. & num. 24. Alvarus Valasco consult. 69. per totam. Rolandus. conf. 55. à num. 43. lib. 1. Caballinus milleloquio 551. per totum. part. 2. Aldobrandinus in conf. 24. à princ. & in conf. 52. num. 15. & in conf. 65. lib. 1. Emmanuel Mendez de Castro in repetit. dict. leg. cum oportet. C. de bonis que liberis. 2. part. de bonis adventitiis per totam, à num. 73. usque ad num. 140. Ludovicus Molina, e societate Jesu Religiosus de justitia & jure, tract. 2. disp. 8. Doctor Spino, in speculo, gloss. rubr. 4. part. à num. 14. fuit etiam videndæ decisiones duodecim Nicolai Bœrii, quibus tota ferè ususfructus adventitiorum materia comprehenditur, decis. inquam 25. & 61. per totam. & decis. 85. 190. 193. 194. 195. 196. 197. 198. & 199. & decis. 172. Petrus Surdus, qui eruditè, & utiliter loquitur in hac materia in consil. 116. fere per totum, 51 lib. 1. Hieronym. Gabriel. in consil. 162. per totum. lib. 2. quod est singulare consilium, & notandum in hac materia; Borgninus Cavalcanus (qui parum distinctè loquitur, & involuta atque confusa manu de hac materia tractat) de usufructu mulieri relicto, à num. 179. fol. 370. usque ad num. 195. Inter alia tamen notandum est, quòd ususfructus adventitiorum patri non queritur, quoties bona ea lege & conditione filio donantur, aut in testamento relinquuntur, ne patri queratur ususfructus eorum; nam ex prohibitione perceptionis ususfructus, cessant omnia, quæ adhuc dicta sunt: per textum in authent. excipitur. C. de bonis que liberis. & in authent. ut liceat matri & avie. vers. 1. collat. 8. per quæ jura sic tenent glossa, & communiter omnes Doctores, ibi. & alibi sæpè, quos in unum congesserunt, & latius declararunt eorum materiam Antonius Gomez. in l. 48. Tauri, num. 10. vers. Tertio principaliter. Molina de Hispanorum primogeniis lib. 1. cap. 19. à num. 30. Mieres, de majorat. part. 2. quest. 3. num. 14. Menchaca de success. creat. lib. 1. §. 10. ad l. quoniam in prioribus. num. 234. & 235. & de success. progress. lib. 3. §. 26. num. 32. Joannes Gutierrez in dict. cap. quomodo pactum. verbo, nullum ad bona paterna regressum. à num. 18. cum segg. Caldas Pereira, qui late agit, dict. verbo, laxis. à num. 144. usque ad num. 148. Et ubi expressa prohibitio facta non est, ex quibus conjecturis deduci, aut constare possit, ususfructus adventitiorum acquisitionem prohibitam fuisse patri; tradit notanter Petrus Surdus dict. conf. 116. lib. 1. num. 11. & 12. & num. 23. & 38. & num. 54. 55. & 56. & num. 64. & 70. qui consil. 143. num. 21. lib. 1. post Hieronymum Gabrielem in consil. 118. num. 12. Beccium in consil. 97. n. 6. rectè probavit, quòd ususfructus adventitiorum non queritur patri, quando constat quoquo modo, etiam ex conjecturis, de voluntate relinquents: nedum quomodo prohibitio specificè facta fuit. Id quod 57 intelligi debet, dummodò verba talia sint, ex quibus nihil aliud, quàm perceptionis ususfructus prohibitio deduci possit; ut post Cumanum, Castrensem, Aretinum, Socinum, & alios, antè adnotaverat Molina, de primogeniis. lib. 1. cap. 19. num. 31. & ipsum non referens, Caldas dict. verbo laxis, num. 145. & alias conjecturas prohibitionis considerarunt Menchaca de success. progress. lib. 3. dict. §. 26. num. 32. Alvarus, de conjecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 3. num. 106. fol. mibi 79.

videndus etiam lib. 4. cap. 3. num. 6. fol. 167. nec commoditatem habebit pater, ususfructus perceptione prohibita: ut cum aliis contra Angelum, rectè defendit Molina, lib. 1. cap. 19. num. 33. & latius fundans Caldas dict. verbo, laxis. num. 145. vers. licet autem hujusmodi prohibitio. usque ad num. 146. ubi argumentis contrariæ partis satisfacit: & junge illis idem tenentes Petrum Surdum in dict. conf. 116. num. 73. lib. 1. Hieronymum Gabrielem in consil. 118. num. 12. in fin. & n. 13. lib. 1. & consil. 162. à n. 16. usque ad n. 22. & n. 31. lib. 2. Licet autem prohibita sit patri ususfructus acquisitio per testatorem in bonis filii, non censetur ei prohibita facultas administrandi prædicta bona, etiam ex præsumpta mente testantis, quoties nulla legis, vel testatoris suspicio concurrat: & sic quoties patri ususfructus acquisitio prohibetur, non quia testatori, vel legi sit suspectus, sed potius pro utilitate filii, ut filio plenius consulatur, non solum in proprietate, sed etiam in usufructu bonorum administratio non tollitur, quamvis ususfructus acquisitio sit prohibita. Ita eleganter explicat Corneus in l. cum non solum. §. fin autem, in secunda. num. 3. C. de bonis que liberis. & sequitur Cagnolus referens alios, in l. frater à fratre. num. 161. ff. de conditione indebiti. Beronius in consil. 139. vol. 2. & latius comprobans, cum aliis eruditè consuluit in teminis Franciscus Bursatus in consil. 133. num. 39. & 40. & n. 56. & 57. lib. 1. ubi post Azonem, Bartolum, Baldum, Angelum, Corneum & alios; rectè constituit num. 31. quòd pater, quamvis in bonis filii adventitiis non sit constitutus usufructuarius: Attamen quando non est suspectus à testatore, vel à lege, erit in ipsis datus, non legitimus administrator, & sic omnia administrabit, licet ex lege, vel ex pacto, nullus ei usufructus queratur. Et confirmatur ex singulari doctrina Aretini in §. pupillus. num. 6. Institut. de inutilibus stipulationibus. ubi scripsit: quòd in rebus, in quibus patri non queritur ususfructus, ipsi volenti, magis administratio concedenda est, quam curatori dativo: quem refert idem Bursatus, ubi sup. num. 57. & num. 53. & segg. nonnullis comprobatur rationibus. Contrarium tamen, prædictis non relatis, imò quod in casu, quod ex prohibitione relinquents non acquiritur ususfructus patri, curator dari debet hujusmodi bonis, filio minore existente, nec pater esse possit legitimus administrator, ex Glossa, Castrensi, & Saliceto, credit verius, & plenius fundat Caldas Pereira dict. verbo laxis. n. 147. fol. 372. ubi in vers. nec in contrarium urget sectus, sic distinguit: uti colligi potest ex solutione per eundem tradita, si rectè perpendatur: Quòd regulariter, ubi ususfructus acquisitio patri prohibetur per testatorem lex illum suspectum judicat, idè administratorem eum esse ipsi legi repugnat; cæterum quando non prohibetur illi usufructu acquisitio, sed ipse sponte recusat usufructum habere, ut in casu leg. ult. §. fin autem in secunda. C. de bonis que liberis. tunc neque legi, neque testatori est suspectus, & legitimam administrationem consequitur.

Unde pro vera resolutione cogitabam dici posse, inter Bursatum, & Caldam nullam contrarietatem esse, eorum potius resolutiones sic declarari, & conciliari posse; Quòd Caldas loquutus fuerit in terminis Saliceti; & Castrensis, hoc est, quòd regulariter, cum pater privatur usufructu per testatorem, anfertur eidem administratio bonorum ob præsumptam suspensionem, ut per Ruinum in consil. 24. num. 8. vol. 5. & tenet etiam idem Bursatus dict. consil. 133. num. 96. qui eod. num. & num. sequenti, limitat in casu, quo loquuti sumus supra, in principio, ut non procedat, quoties patri ususfructus acquisitio prohibetur, non quia legi, vel testatori suspectus sit, sed potius in favorem filii, ut plenius illi consulatur non solum in proprietate, sed etiam in usufructu: quia isto casu, licet patri ususfructus auferatur, non tamen bonorum administratio; quia nulla legis vel testatoris suspicio concurrat; de quò duplex proponit exemplum. Pri-

Primum, quando expressè dixit testator velle prædictam acquisitionem prohibere, ut plenius consultum sit filio in proprietate, & in usufructu. Secundum, quoties pater erat incertus, vel incognitus testatori, & usufructus acquisitionem prohibuit, tunc enim non potuit per testatorem suspectus judicari, & consequenter nec administratio ei debet auferri, argumento legis secundæ §. voluntatem ff. soluto matrimonio. aliàs regulariter, administratio patri non competit, ususfructus acquisitione prohibita. Quamvis in hoc contrà tenuerit Crotus in l. frater à fratre. ff. de conditione indebiti. num. 50. sed malè quidem, uti ultra relatos supra, constat ex his, quæ novissimè scripsit Joannes Franciscus de Ponte in consil. 19. num. 29. & in consil. 31. num. 3. & 4. ubi post alios securè tradit: quòd pater, si velit, semper erit legitimus administrator, etiam in his in quibus ipsi non queritur usufructus, quando usufructus non acquiritur ex dispositione legis, secus tamen quando ex dispositione hominis; quia dum homo prohibet, videtur de patre diffidere, & durius agitur cum lege, quàm cum homine, ut apud ipsum latius videri poterit. Sic tamen explicari debet, ut cum Bursatus (qui ab eodem non citatur) consentiat, ut superius constitutum; nisi testator ut consuleret filio, non propter aliquam diffidentiam, aut suspensionem patris, nisi usufructus acquisitionem prohiberet.

Et cum usufructus acquisitio prohibita non est, utrum pater legitimus administrator filifamilias minoris, & in potestate existentis, bona ipsius absque decreto alienare possit. Disputarunt plenissimè Salicetus, Curtius, Jason, & alii, in l. præses. C. de transactionibus. & post alios antiquos Tiraquel. in præfatione legis. si unquam. C. de revocandis donationibus. num. 28. versicul. sic quoque. Chalfaneus in consuetudinibus Burgundia. rub. 6. §. 5. glossa 1. num. 14. Guilielmus Benedictus in cap. Rainuntius, de testament. verb. duas habens filias, num. 255. Natta in consil. 179. num. 7. lib. 1. Covarruvias variarum. lib. 1. cap. 8. num. 5. Antonius Gomez. in l. 48. Tauri num. 18. Pinellus 3. part. legis. 1. C. de bonis maternis. num. 21. vers. ex hac autem regula. & num. 22. & 24. & num. 30. Menchaca de successione creatione lib. 1. §. 10. num. 80. & n. 418. & de successione resolutione. lib. 2. §. 12. num. 17. Lortotus de consanguin. axiomate 40. Quelada diversarum questionum juris. cap. 11. num. 11. versicul. qui tamen are alieno. Parisius in consilio. 101. num. 38. lib. 1. Rolandus in consil. 99. num. 39. lib. 1. Alcuius in responso 358. per totum. Nicol. Vigel. ff. lib. 18. par. 2. cap. 6. regula. 1. exceptione. 6. Hieronymus Gabriel in consil. 36. num. 31. lib. 1. Joannes de Arno. in suis dialogis. dialogo 31. incipit, Pater. Joannes Antonius Trigona singulari. 22. Villalobos. communium opinionum. litera. P. num. 63. Simoncellus. de decretis. lib. 3. titul. 8. prima inspectione. à principio, fol. mibi. 372. & 373. Mascardus. de probationibus. tomo 3. conclus. 1149. num. 18. Cephalus. in consil. 467. num. 41. lib. 4. Menochius de arbitrariis. lib. 2. centuria. 2. casu. 171. num. 54. & in consil. 279. num. 45. libro 3. & in consilio. 442. num. 3. lib. 5. Andreas Gaill. practicarum observationum. lib. 2. observatione. 72. num. 14. Minfingerus singularium observationum centur. 5. observatione 61. per totam. Josephus Ludovicus decisione Perusina. 13. n. 11. 1. parte. Caldas Pereira in l. si curatorem habens. verbo. contractu fecisti. n. 5. vers. qui tamen are alieno. & verbo. laxis. n. 139. Mendez de Castro in repetitione d. leg. cum oportet. 2. part. num. 121. quibus omnibus attendatur, utque originaliter prædictis, ut 66 de hac re plena, & clara resolutio haberi possit: ex mente superiorum sequentes casus constituendi sunt; uti nonnullis distinguit Octavius Simoncellus dicto tractatu de decret. lib. 3. titulo 6. inspectione 1. à principio. qd tractatu, & resolutione hujus questionis, cæteros omnes antecellit.

Sit igitur primus casus, qui communi omnium consensu probatur, (sed à Simoncello loco relato præmittitur) quando pater legitimus filifamilias minoris

administrator, intendit alienare bona mobilia illius: quo casu decretum judicis necessarium non est, sed liberè alia alienare potest: ut testatur Jason in l. præses. num. 5. C. de transactionibus. & tenuit Azo in summa. C. de bonis que liberis. versic. nec puto quod in alienatione nobilium. quos sequutus est Joachimus Minfingerus singularium observationum centuria 5. dicta observatione 61. num. 1. & ut indubitatum supponunt omnes auctores, quos superius retulimus: dumtaxat enim proponunt dubium in bonis immobilibus, nec de mobilibus aliquid dubitarunt,

Secundus casus sit, quando pater legitimus administrator filii existentis in potestate, ratione usufructus sibi competentis, & nulla subsistente causa necessaria & legitima, intendit alienare bona mobilia ipsius: & tunc non potest; per textum in l. 1. & 2. & in l. ult. C. de bonis maternis. & in l. finali. §. ipsius autem. vers. non autem. & §. fin autem aliam. C. de bonis que liberis. Baldus in l. 1. sub. num. 1. ff. de rebus eorum. & plenius confirmant Pinellus 3. part. leg. 1. C. de bonis maternis. ex num. 21. usque ad num. 25. Simoncellus ubi supra num. 2. & 3. ubi post Bartolum, Alexandrum, & Pinellum ubi sup. num. 23. rectè probavit, quòd is, in quem pater alienavit mobilia, non poterit vitare condemnationem, nisi probet alienationem ex legitima & necessaria causa factam fuisse: & in dubio fundata erit intentio filii vendicantis rem alienatam, ex ratione adducta per Pinellum, dict. num. 13. Et in hoc secundo casu nullus Scribentium dissentit; omnes potius unanimiter probarunt eum. Id quod ex relatis supra num. 65. & casu sequenti referendis, constat aperte. Hæc etiam casum probavit expresse Azo. in summa C. de bonis que liberis. num. 9. nec dixit patrem libere alienare adventitia bona filiorum, (prout nonnulli putant) immò absque legitima causa non posse scripsit, ut statim dicemus; & cum judicio advertit Pinellus dict. 3. part. num. 21.

Tertius casus sit, quando pater legitimus administrator filii in potestate existentis, necessaria aliqua ex causa, ut puta æris alieni, aut simili alia legitima causa, bona mobilia filii absque decreto alienare contendit. Quo casu duæ sunt contrariæ, aut invicem repugnantes opiniones. Salicetus enim in dict. l. præses C. de transactionibus: quem sequuntur nonnulli, (qui à superioribus præcantur) quod etiam in terminis hujus casus decretum judicis necessarium sit, constanter asseruit, & ejus opinionem legendo, & disputando teneri posse dixit Jason in eadem l. præses. num. 5. & Curtius junior. num. 15. Crotus in l. frater à fratre. num. 31. Azo verò in summa rubr. C. de bonis que liberis, n. 9. & 11. vers. & pro conservatione contrarium docuit, & non esse necessarium decretum, quando pater sic alienat ex necessaria causa, dixit aperte: & hanc partem esse veriorum & magis communem, constat ex infinitis Authoribus, quos tenendo eam congesserunt Pinellus ubi sup. n. 21. Mascardus tom. 3. dict. conclus. 1149. num. 18. Alcanius Clementius tract. de patria potestate cap. 6. effectu 12. num. 6. & 10. Gaill. dict. observat. 72. num. 14. Minfingerus dict. observat. 61. num. 2. & 3. Simoncellus dict. inspectione 1. num. 6. Josephus Ludovicus, Rolandus, Menochius, Cephalus, Covarruvias, Caldas Pereira, & alii relati sup. num. 65. Joannes Antonius Trigona singulari 22. ubi juribus & rationibus contrariæ partis satisfacit. Pinellus etiam loco sæpè relato, num. 22. & 23. & sic hæc opinio ita communi Scribentium placito recepta est, ut contraria obtinere non possit.

Quartus casus sit, quando pater tutor aut curator est filii emancipati; quo casu si res immobiles filii alienare velit, requiritur necessariò judicis decretum cum debita causæ cognitione, & alias solemnitates tenetur ipse observare, quibus alii tutores, aut curatores adstringuntur: per textum in l. si pupillorum. §. si pater. ff. de rebus eorum. et in l. cum emancipatis. C. de præditi minorum. & sic observant Bartolus, Baldus, Alexander, Paulus Joannes,

Joannes Baptista Caccialupus, & Menochius, quos ita tenendo congregavit Simoncellus, dicta inspectione prima. num. 1. & ultra eum latius comprobant Quésada, diversarum questionum Juris cap. 11. num. 11. versiculo, quod si pater tutor sit. Rolandus dicto cons. 99. num. 39. Caldas Pereira in dicta l. si curatorem habens. verbo. l. x. num. 139. vers. ceterum si pater non legitimam. Cavalcanus de tutore & curatore, num. 29. Andreas Gaill. dicta observatione 72. num. 14. § 15. libro secundo.

73 Quintus casus est ad declarationem præcedentium necessarius, scilicet, cum alienatio ritè facta non fuerit, & juxta ea, quæ casibus præcedentibus resoluta sunt; utrum filius vivo patre rescindere possit alienationem adventitiorum ab ipso patre factam, & agere etiam contra tertios possessores, & an in bonis alienatis concedatur hypotheca contra bona patris? In quo amplius non insisto; scio enim hac de re plene actum & distinctè resolutum per Hippolytum singulari finali. Nattam in consilio 214. lib. 1. Covarruv. resolutionum lib. 1. cap. 8. num. 5. Pinellum 3. parte leg. prima. C. de bonis maternis, num. 74. § in authent. nisi tricennale. num. 44. § 45. ejusdem tituli. Alvarus Valafcus consultatione 69. num. 16. § num. 23. Josephus Ludovicus decis. 13. n. 15. § seqq. Menochius in cons. 279. num. 34. lib. 3. & commendo Jacobum Mandellum de Alba in cons. 144. à princ. lib. 1.

74 Sextus & ultimus casus sit, cum queritur, utrum ea, quæ superius dicta sunt, de necessaria causa, aut decreto in alienatione adventitiorum, procedat etiam in locatione; & sic an pater legitimus administrator filii familias, possit bona illius, absque decreto locare, vel absque causa legitima? Quod tractat plenè Pinellus 3. parte leg. 1. C. de bonis maternis. num. 63. § 64. & illius resolutionem sequutus est Cavalcanus de usufructu mulieri relicto num. 176. vers. hoc nisi esset pater qui locavit. & latius disputat Vincentius Carrocus, tractatu de locato § cond. 2. gradu personarum quæst. 4. per totam fol. mibi 65.

75 Tertio & principaliter constituendum est in hac materia, quod de jure communi, filius aut filia per matrimonium à potestate patris non liberatur, l. inter. § filius familias. l. marito. § ceterum. ff. ad leg. Juliam de adulteriis. l. 1. tit. 17. part. 4. Quod latius probantes, sic adnotarunt Tiraquellus, de legib. connubialibus, leg. 1. num. 1. § seqq. Boërius decis. 197. in princ. Palacios Rubios, Gomez Arias, Castillo, & Antonius Gomez in l. 4. Tauri. Matienço in l. 8. tit. 1. lib. 5. glos. 1. n. 1. & ibi Azevedius num. 9. Rolandus in cons. 97. num. 47. lib. 1. Joannes Gutierrez in § sui. de heredum qualitate. num. 118. Barbosa in l. 2. §. quod si in patris. n. 1. § in l. 3. num. 6. ff. soluto matrim. Et consequenter durante patria potestate, & effectu acquirendi patri, procedit hæc acquisitio usufructus adventitiorum secundum jus commune: sive conservatur usufructus ipsi patri, etiam si filius vel filia, sit conjugatus, vel conjugata: ut in l. 1. § 2. C. de bonis que liberis. & per Boërium decis. 197. n. 5. § seqq. Cephalum in cons. 423. num. 55. lib. 3. Antonium Gomez. & alios ubi sup. Pinellum 1. part. l. 1. C. de bonis maternis. num. 34. in fine. Sed utrumque de jure hujus Regni mutatum, atque innovatum est. Primum enim, filius, vel filia per matrimonium & velationem, à potestate patris liberatur, & pro emancipato habetur, ex l. 47. Tauri. quæ hodie est, l. 8. tit. 1. de los casamientos. lib. 5. novæ collectionis Regiæ. Ex quarum legum decisione maximi effectus resultant, & plures quæstiones excitari solent communiter, de quibus, & presentis materia, sunt videndi omnino Palacios Rubios, Gomez Arias, Didacus del Castillo, Antonius Gomez, Joannes de Matienço, & Alphonfus de Azevedo in eisdem legibus. idem Palacios Rubios. in repet. rubr. de donat. inter. §. 43. Covarruvias in 4. de sponsalibus. 2. part. cap. 7. §. 1. num. 13. Menchac. de success. creatione. l. 2. §. 19. num. 70. § de success. progressu. lib. 1. §. 1. à num. 25. Mieres de majorat. 4. part. quæst. 23. n. 56.

Pinellus 1. part. legis 1. C. de bonis maternis. num. 39. ad finem. Joannes Gutierrez. in dicto §. sui. de heredum qualitate. num. 118. § seqq. & pract. lib. 2. quæst. 9. § 10. § de juramento confirmatorio. 1. part. cap. 41. num. 14. Vilalobos, communium: litera. F. num. 27. fol. mibi 21. Caldas Pereira in l. si curatorem habens. verbo læsis n. 138. vers. quod hodie in praxi utilissimum est. Angulo ad leges meliorationum in l. 1. tit. 5. gloss. 5. num. 3. Ludovicus Molin. de justitia & jure. tractat. 2. disput. 9. vers. ab hac regula excipitur. § in fine disput. vers. est tamen intelligendum. § disput. 227. vers. de jure vero. Chaffaneus in consuetudinibus Burgundia. rubr. 6. §. 3. gloss. le fil ou. § gloss. sequenti. Deinde & secundo, de jure hujus Regni, filio uxorato & velato, statim tenetur pater usufructum adventitiorum liberum dimittere, nec aliquid retinere potest: ex l. 48. Tauri. quæ hodie est l. nona. tit. primo. de los casamientos. lib. 5. novæ recop. Ubi latius declarat Authores hujus Regni scribentes communiter: & ii qui numero præcedenti præcitati sunt. Menchaca de success. progressu. lib. 1. §. 1. n. 37. § 43. Molina de Hispanorum primogeniis lib. 1. cap. 19. à n. 25. Mendez de Castro in repetitione legis. cum oportet. C. de bonis que liberis. à n. 114. cum seqq. par. 2. § 4. part. n. 163. § 164. Didacus Perez. in l. 1. tit. 3. lib. 1. ordinamenti. Simon de Prexis. de interpretat. ultim. volunt. lib. 2. interpret. prima. solut. 4. à num. 79. folio. 142. Inter alia tamen, Cifuentes & Antonius Gomez in dicta l. 48. Tauri. num. 6. versiculo. quam legem intellige. ut certum tradiderunt, illius legis decisionem procedere etiam si filius absque consensu patris matrimonium contraxerit, & veletur: huc enim pater ipse tenebitur usufructum liberum, & integrum filio dimittere, nec aliquid habebit. Quod etiam securè admittunt Bernardus Diaz, de Luco, Alphonfus de Azevedo, & Joannes Gutierrez, (quorum statim mentionè faciam.) & ita tenendum erit, quicquid dubitet Palacios Rub. à superioribus relatus, & sine aliqua lege aut fundamento adversus Antonium Gomez, & Cifuentes, immeritò contrarium asserat Mendez de Castro in repetitione dictæ legis. cum oportet. prima parte num. 36. fol. mibi 12. id, quod ultra omnes hujus Regni scriptores, ex sequentibus aperte convinci potest. Primum, quia lex illa regia non requirit consensum patris, nec de hoc aliquid verbum loquitur; sed ut pater teneatur usufructum adventitiorum liberum filio reddere, dumtaxat vult, quod filius matrimonium contraxerit, & benedictiones Ecclesiæ susceperit, ut intelligitur communiter omnes ibi. & constat ex illis verbis: (Mandamos que dea qui a delanto el hijo, o hija, casando y velandose, seayan para si el usufructo de todo sus bienes. & cum non distinguat istum casum, nec nos debemus distinguere illum: ex vulgata regula leg. de pretio ff. de publiciana in rem actione. maxime cum generaliter loquatur, quo casu generaliter debet intelligi, & omnes casus comprehendendi, etiam si major ratio militaret in uno quam in altero: l. 1. §. quod autem ff. de aleatoribus. l. 1. §. generaliter ff. de legatis præstandis. l. in fraudem. ff. de militari testamento. Decius in cap. sedes. num. 11. § 12. de rescrip. § in cons. 20. num. 3. Mieres de majoratu. 1. part. quæst. 1. num. 30. § 31. ubi refert Tiraquellum & alios plures. Cephal. in cons. 393. ubi in simili casu sic argumentatur, à num. 101. usque ad num. 105. § in cons. 397. num. 18. lib. 3. Surdus in cons. 34. num. 3. § in cons. 132. n. 15. lib. 1. & de hac regula videndus est omnino Camill. Gallinius de verborum significatione. lib. 10. cap. 2. per totum. § cap. 3. § 4. Deinde quia cum dicta lex Regia non dicat, quod matrimonium contrahendum sit cum consensu & voluntate patris, ut usufructus reddi debeat per parentes filio: videtur supponere talè consensum necessarium non esse; & si necessarius foret, sine dubio id diceret: uti in alio proposito argumentantur Decius in cons. 445. 15. num. 1. Cephalus in cons. 445. num. 37. lib. 3. Tandem & ultimo, quia matrimonium contractum absque consensu patris, de jure canonico validum, & legitimum est, etiam in foro seculari: nec

nec licentia patris requiritur, licet aliud esset de jure civili: ut plene comprobantes sic adnotatur ex aliis, Covarruvias de sponsalibus, secunda parte cap. 6. in princ. num. 17. § 22. Vivius communium opinionum lit. F. fol. 49. num. 2. § sequentibus. Petrus Cenedus collectaneo § 8. ad Decretales. num. 7. Joannes Gutierrez. practicarum lib. 2. quæst. 1. num. 3. Cephalus in cons. 712. num. 2. lib. 5. Barbosa quarta part. legis prime ff. soluto matrimonio. num. 32. § 36. & novissime Antonius Pichardo, in principio. Infit. de nuptiis, num. 6. § 11. unde filius qui contrahendo matrimonium, utitur permissione canonica, non debet in eo gravari: ut usufructus sibi non restituatur statim: argumento leg. Gracchus, C. ad leg. Juliam de adult. & in simili, ex Abbatis & aliorum doctrina, sic argumentatur Gomez Arias in l. 49. Tauri, n. 52. & istam opinionem amplecti videtur expressè, licet quæstionem non moveat in terminis, Alph. de Azevedo, in l. 9. tit. 1. num. 2. lib. 5. novæ recop. dum dicit, quod hodie ex illa lege, sive pater consentiat, sive non, si filius vel filia contrahendo matrimonium, totum usufructum habebit; & constanter tuetur eam, sed non ita fundat, Joannes Gutierrez practicar. lib. 2. quæst. 10. n. 5. per totum. ubi refert Bernardum Diaz de Luco idem tenentem.

Quarto & principaliter constituendum est in hac materia, (sic enim aperiemus, in quo pater legitimus usufructuarius ab aliis fructuarius dicitur) quod pater legitimus administrator, & usufructuarius bonorum adventitiorum filii, satisfacere non tenetur, nec de utendo & fruendo arbitrio boni viri, nec de restituendis rebus finito usufructu, nec administrationis rationem reddere debet, nec aliis oneribus gravari: per textum in l. cum oportet. §. non autem. § in l. fin. §. fin. autem. C. de bonis que liberis. & latè comprobant Alcanius Clementius tract. de patria potestate. cap. 6. effectu 12. à num. 8. cum seq. §. vol. tractatum. part. 2. fol. mibi 115. Joannes de Monte Spello. in cons. 79. à princ. §. n. 9. § 11. § cons. 124. num. 4. lib. 1. (alios plures num. leg. practitabo) lex enim, quæ de patre erga filios maximam confidentiam habet, & præsumit illum magis diligere filios quam seipsum, & semper capere bonum consilium pro filiis, ut multis probant Tiraquellus, in præfat. si unquam. C. de revocandis donationibus. num. 25. Mascardus de probat. tom. 2. concl. 1154. per totam. Alcanius Clementius ubi supra cap. 4. num. 2. § seqq. Menoch. in cons. 145. n. 50. § cons. 152. num. 63. lib. 2. Cephalus in cons. 702. n. 37. lib. 5. Bursatus in cons. 133. n. 54. 55. & 53. lib. 1. Jacobus Mandellus de Alba in cons. 125. n. 12. lib. 1. § 286. n. 17. lib. 2. hoc onus ei remitti: quod ex dictis juribus adnotarunt communiter glossa, Albericus, Bartolus, Baldus, Castrensis, Alexander, Cornes, & alij, & sequuntur infiniti relati per Tiraquellum ubi supra n. 19. Pinellus 2. part. l. 1. C. de bonis maternis n. 20. § 21. Menchaca de success. creat. lib. 1. §. 6. num. 46. Caldas Pereira. in dict. l. si curatorem habens. verbo. læsis. num. 134. Jacobus Mandellus de Alba, in cons. 286. num. 6. lib. 2. Mendez de Castro in dict. l. cum oportet. 2. part. num. 121. & securè admittunt Antonius Gomez. in l. 48. Taurinum. 6. in fin. § n. 17. Quésada diversarum quæst. juris cap. 11. num. 11. Similiter, patrem legitimum administratorem, non teneri inventarium conficere de bonis filij, ut certum, aut magis verum omnes superius adducti asseverarunt: & Azevedius in l. 4. tit. 1. lib. 5. novæ recop. num. 51. Matienço in l. 2. tit. 1. eod. lib. gloss. 2. num. 10. Jacobus Cancereus variar. fol. cap. 7. de tutoribus. à num. 154. Andreas Gaill. practict. lib. 2. observat. 145. num. 13. § observat. 72. num. 15. & 16. & apud Gallos ita observari testatur Ruppellanus, in Enchiridio juris Gallie. pag. 365. & esse veriorum opinionem testatur Minfingerus, singular. observat. centur. 2. observ. 93. Rolandus tract. de confectioe inventarii. quæst. 26. num. 1. in fin. § num. 2. fol. mibi 32. ubi refert Cinum, & Baldum, hujus opinionis auctorres; & reddit præcipuam ejus rationem. Contrariam tamen sententiam, imò teneri patrem legitimum administratorem, & legitimum est, etiam in foro seculari: nec

administratorem inventarium conficere de bonis filii, & ad id compelli posse, nec rectè appellari onus, inventarii confectioem, defendunt Pinellus, ubi sup. dict. 2. part. leg. 1. C. de bonis maternis num. 23. Menchaca de successioem creat. lib. 1. §. 6. num. 46. Mendez in dict. l. cum oportet. num. 121. & cum Pinello, indistinctè, & simpliciter transeunt Joannes Garfia. de expens. § meliorat. cap. 11. num. 65. Spino in speculo. gloss. 35. de confectioe inventarii. num. 13. Borgnius Cavalcanus, de usufructu mulieri relicto. num. 155. fol. mibi. 351. Ubi postquam reulit Pinelli opinionem, dicit in hæc verba. Quod mihi placet, maxime officio judicis, si judici videbitur utile esse, & redundare in favorem & utilitatem filii. Jacob. Cancereus ubi sup. num. 56. qui dicit id maxime procedere, si judici constet aliquid subesse timorem alienationis, aut dissipationis: quo casu idem admittit Minfingerus dict. observat. 93. num. 3. Molina verò, de Hispanorum primogeniis lib. 1. cap. 15. num. 34. in hac contrarietate, mediam viam eligit, & rectè quidem: & primò num. 33. cum judicio reprehendit nonnullos, qui inventarium cum bonorum descriptione confundunt, quasi idem sint. In quo errore, ultra relatos ab eo, fuerunt etiam Rolandus in cons. 92. num. 20. § 21. lib. 1. Joannes Garfia ubi sup. dict. num. 65. deinde sequutus est Cumanum, Socinum, Bertrandum, & alios, qui inventarium, & bonorum descriptionem, ut diversa considerant. Id quod verissimum est ex sequentibus: Primò, quia regulariter inventarium tutoris, hæredis, usufructuarij, & alterius cujuscunque administratoris, magna cum solemnitate fieri debet, & multa necessaria sunt, quæ in descriptione minimè requiruntur: ut constat ex his, quæ plenè scripserunt Baëga de decima tutori præstanda. cap. 2. num. 41. § seqq. Alvarus Valafcus consult. 52. per totam. Cavalcanus de tutore & curatore à num. 58. cum seqq. § num. 79. § num. 106. Minfingerus, dict. observat. 93. num. 3. Rolandus de confect. inventarii. quæst. Inventarium tutoris, fol. mibi 144. § quæst. Postquam visum est supra. fol. 94. Spino dict. glos. 35. de confect. inventarii. Ludovicus Molina, e societate Jesu religiosus, de justitia & jure. tract. 2. disp. 223. § 228. Præterea si idem essent, cur diversis nominibus nuncuparentur; aut quare inter ea, differentia aliqua constitueretur: juxta textum in l. si idem C. de codicillis. sive qualiter procedere possit resolutio Doctorum quamplurium; qui dixerunt communiter, quod tutor, hæres, vel usufructuarius, cui remissa fuit confectio inventarii, tenetur saltem bonorum descriptionem aliquam pati: ut constat ex Baëga, de decima tutori præstanda. cap. 2. ex num. 50. Rolando, dict. cons. 92. num. 20. lib. 1. Joannes Gutierrez in repet. leg. nec potest. ff. de legatis 1. num. 417. ubi ex aliis resolvit, bonorum descriptionem non debere fieri cum solemnitate legis ultimæ, §. fin. autem. C. de jure deliberandi: ergo non sunt idem; planè si idem essent, præfata doctrina frustratoria redderetur, ut de se patet aperte. Tandem & ultimo inquit Molina, quod ad minus tenebitur pater descriptionem aliquam bonorum pati, posito, quod inventarium solemnè conficere non debeat, sic enim filio poterit esse consultum, nec bona ejus occultari, aut tempore minui, & consumi continget. Et hæc distinctionem, Molina non relato, tenuit etiam Caldas Pereira in dict. l. si curatorem habens. verbo. læsis. num. 134. vers. ex quibus cum Speculatore: & verior atque honestior visa est Baëtio, de decima tutori præstanda. cap. 4. num. 6. in fin. & videtur eam probare Minfingerus dict. observat. 93. num. 3. ubi dicit, quod tali casu per Notarium, in præsentia patris, & filij, & duorum amicorum, fiet descriptio bonorum filij, & hoc pro juris & bonorum conservatione filij: juxta textum in l. 1. §. si servus. ff. de ventre in possessionem mittendo, Boërius etiam, & Rolandus expressè hanc concordiam probarunt: ille, in decis. 61. num. 7. ille, tract. de confect. inventarii, quæst. 26. num. 3. ad fin. fol. 33. ubi scripsit, quod licet verius sit, quod pater inventarium

Latiſſimè & novissime Joannes Gutierrez. 12. de tutelis & curis. 2. part. e. 1. per totam folio 249. cum seq.

Et dicto tractatu de tutelis & curis. 2. par. d. c. 1. a. 38.

80

80N